



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1710**

26. Dies Maii. Perditissima ratio est, diligere formam, negligere famam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45477**

Majus. *Tessera.* 399  
fædum in tergore gibbum : hic perfecto est corpore,  
sed calvo est capite. Nil huic homini videtur deesse,  
nisi unum, quod non sit aptus præesse. In illo nihil  
est quod desideres, nisi non esset tam defes. Ille esset  
factus ad ungues, si caput non scalperet unguibus.  
Ille esset homo omni ex parte consummatus, nisi es-  
set tam facile iratus. Illius vita esset vivendi norma,  
nisi sineret se rapi alienâ formâ. Denique sit hoc ora-  
culi vice, quod cecinit Poëta :  
*fam vix sunt visi, qui caruere nisi.*

## 26. DIES MAII.

Perditissima ratio est, diligere formam, ne-  
gligere famam. *Cicero 4. Rheth.*

Ubi est vel minimus de-  
fectus, nullus sit neglectus. I. **T**Ametsi quilibet habeat, quo  
displacet homini, defectus,  
nullus tamen debet esse in  
eo eradicando, ne displiceat Deo,  
neglectus. Plus rationi repugnat diligere cor-  
pus, & negligere animam, quam diligere formam,  
& negligere famam. Plus est tibi tua fama, quam  
forma, quia illa à pluribus auditur, quam hæc vide-  
tur: inde fīs notior commendatione formæ. Pluris  
quoq; aestimas famam animæ, quam formam corporis.  
Semper ægrotare, malum tibi esset intolerabile, inter  
humanos artus, habere membrum aliquod brutæ  
pecudis, esset malum inæstimabile. Prodigiosior  
est minimus in animâ nævus, quam maximus in  
corpore morbus. Non auderes te foris spectabilem  
exhi-

exhibere, si in facie haberet os serpentis. Plus Deo  
dispicet ex ore tuo verbum unicum levissimæ dem-  
otionis. Quanto esses omnibus ludibrio, si prodiret  
in conspectum hominum cum capite bovino, ve-  
lino? Probosius est coram Deo volvere cogitatione  
unam, quæ vel propter fœditatem est illicita, vel pro-  
pter vanitatem ridicula. Imò major est similitudo in-  
ter corpus hominis, & brutæ pecudis, quam in  
Gratiam, & peccatum etiam levissimum.

II. Hoc tibi sit persuasissimum, deformitatem in  
anima defectus minimi, excedere deformitatem  
quamcumque corporis non modo quæ nunc est, ve-  
fingi potest, sed quæ esse potest Dei infinita potentia.  
Pretiosioris rei pejor est corruptio, & ejus quæ recti-  
sima debet esse, magis offendit obliquitas: quid ani-  
ma pretiosius, quæ excedit omne pretium? cuiusve  
stis est Gratia, cibus Christi caro, potus ejusdem san-  
guis, ministri Angeli, frater Dei Filius, Pater ipse  
Deus, Patria, Regnum Dei? Quare minima in eal-  
bes, plus Deum offendit, quam omnium corporum  
strages, & omnium Regnorum clades. Nec potest  
mens hominis fingere, nec Angeli concipere, tamen  
Deus potest intelligere, quantum malum pariat ani-  
mo, levissima labes Animi. Quam esses prodigiosum  
portentum, si haberet cor in ventre, non in pectore.  
Formidabilius monstrum est cor à Deo factum, &  
fictum, ut eo toto Deum totum amares, aliud quod  
cumque in amando ei præferre. Cor tibi est in stoma-  
cho dum intemperantiū indulges genio: Cor tibi  
est in faucibus, dum nimium studes exauriendi  
ēalibus: cor tibi est in manibus, dum illas extendas  
auferendis aliorum opibus.

III. Cen-

Majus.  
Plus Deo  
mæder.  
si prodire  
no, vele  
ogitatione  
ra, vel pro  
ilitudo in  
uam inter  
nitatem in  
ormitate  
inc est, vi  
potentia  
quæ recti  
cujusve  
Pater ips  
na in eis  
corporum  
Nec poter  
ere, tolle  
pariatan  
odigiosum  
n pectori  
stum, &  
iudicat  
tin stoma  
: Cor tibi  
auriendis  
s extendit

III. Censeret te Alpha miserorum , si laborares  
cancro, quid si his accederet ilias morborum , lepra,  
afina, paralysis, hydrofisis, abominatio stomachi, in  
pedibus podagra , in manibus chiragra , in toto cor-  
pore ciathica , in oculis cæcitas , in auribus surditas,  
in capite phrenesis, in linguâ balbuties ; quid si te u-  
no agmine invaderent, & dispergerent, mala omnia  
corporis? quæ fuerunt, sunt, erunt, esse possunt: non-  
ne malles eradi ex hominum syllabo , & mundo ex-  
esse, quam talem esse? Amabo te, inter omnia , quæ  
discis, unum tandem disce , æstimare æstimabilia.  
Plus tibi nocet, & magis Deo displiceret, culpa animæ  
vel unica, quam mala corporis omnia. Et minus est  
intervallum inter Nihil & Omnia , quam inter ma-  
quidam  
lum corporis maximum , & Animi minimum. Si ut  
cujusve  
sdem san-  
Pater ips  
na in eis  
corporum  
Nec poter  
ere, tolle  
pariatan  
odigiosum  
n pectori  
stum, &  
iudicat  
tin stoma  
: Cor tibi  
auriendis  
s extendit

*Suprà omnes clades, animi unica sit tibi labes.*

## 27. D I E S M A I I .

Quid miseriis misero , non miserante se-  
ipsum ? Sanctus Augustinus lib. 1. confess.  
cap. 13.